



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**De Bonis Operibus Docto. Martini Lutheri Liber**

**Luther, Martin**

**Vuittemberge, 1521**

**VD16 L 7151**

Decimosexto.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-3333**

ad fidem, donec fidem recte amplectantur. Ne nobis conantibus eos tam queriter & acriter extrahere ex operibus, eorum conscientia confitentur & cōculsa erret & diuagetur incerta, neq; fidē, nec opera retinens. Sed dux̄ cervicis homines, in operibus per unaciter obstupefacti, relinquendi sunt, ut coecus cœcum ducat, sicut & Christus docuit & fecit.

## DECIMOSEXTO.

¶ Ceterū dixeris, q̄to mihi certo persuadeam, omnia mea opera deo placere, interdū nimium loquens, comedens, bibēs, dormiens, vel alioquin a recto discedens, quod mihi vitare sit impossibile. Respondeo. At ista interrogatio arguit, abs te fidem adhuc non aliter quā reliqua haberi opera, neq; super omnia cetera existimari opera. Neq; ēm̄ alio nomine fides est summum opus, nisi quod permanet extingueſ venialia & quotidiana peccata, quia credis deū tibi auere, & ad eiusmodi casus & defectū quotidianos committere. Quin etiā si eatus moralis fiat (id quod tamē in fide & fiducia erga deū viventibus, vel raro, vel nunquam tenuerit) resurgit tamē fides, neq; dubitat, peccata sua modo ab olita esse. Ut est. 1. Iohann. 2. Filoli mei, hęc scribo vobis, ut non peccatis. Sed & si quis peccauerit, aduocatū habemus apud patrem Iesum Christū iustū. Et ipse est propitiatio pro peccatis nostris, nō pro nostris aut tñ, sed etiam pro totius mundi. Et Sap. 15. Si peccauerimus tui sumus, scientes magnitudinem tuam. Et puer. 24. Septies in die cadet iustus, & resurget. Immo hanc fidem & fiduciam oportet tam sublimem & fortē esse, ut sciat homo omnē eius & vitam & actionem nihil aliud nisi damnabilia esse p̄tā in dei iudicio. Ut scribitur psal. 142. Non iustificabitur in conspectu tuo omnis viuens. Quin potius desperandum est adeo in nostris operibus, ut credamus non posse bona esse, nisi per hanc fidem, nullum iudicium, sed puram gratiam, fauorem, benevolen- tiam, mansuetudinem, & misericordiam sibi a deo persuadens, ut est psal. 25. Misericordia tua ante oculos meos est, & cōplacui in veritate tua. Et psal. 4. Signatum est super nos lumen vultus tui domine (hoc est agnitiō tuae gratiae per fidem) & per hoc dedisti letitiam in corde meo. Nam sicut credis & confidis, ita tibi fieri. Ecce sic ex misericordia & gratia dei, non ex sua natura sunt opera sine culpa inanis & frustranea. Sed propter fidem, eadem misericordia nitent, bona sunt. Ita oportet nos p̄p̄ opa timere, sed propter dei misericordiam consolari. Ut scribitur psal. 146. Beneplacitū est domino super timentes eum, & in eis qui sperant

Fidei usus in quotidianiis opib⁹, imo etiā in peccatis.

C

super misericordia eius. Ita nos plena oramus fiducia. Pater noster, qui es in celis, nihilo secus obsecrantes, dimitte nobis debita nostra. Sumus filii, & tamen interim peccatores. Sumus accepti, & tamen non satisfacimus. Id quod iustum facit fides in deitate, fiducia confirmata & stabilita.

## DECIMOSEPTIMO.

Vnde fides?

nempe ex  
verbo, seu  
Euangelio  
Christi.

¶ Quod si interrogas, ubi fides & fiducia inueniri possent, au-  
nde proficiuntur. Hoc vero maxime omnium est necessarium sciens.  
Primum, proculdubio non proficiuntur, neque ex tuis operibus,  
neque meritis, sed tantum ex Ihesu Christo id ipsum grauis politi-  
to & dante. Ut Paulus scribit ad Rō. 5. Commendat autem dia-  
ritatem suam deus in nobis, quoniam si cum adhuc peccatores  
essetis secundum tempus, Christus pro nobis mortuus est, qua-  
si diceret, An illud nobis non fortis & inuiditam faciat fiduciam,  
Christum pro nostris peccatis esse mortuum, priusquam id petere-  
mus, eoque nomine nondum sollicitudine afficeremur & in omnibus  
in peccatis semper pergentes. Deinde sequitur. Multo igitur magis  
nunc iustificati in sanguine ipsius salvi erimus ab ira per ipsum.  
Si enim cum inimici essetis reconciliati sumus deo per mortem  
filii eius, multo magis reconciliati salvi erimus in vita ipsius. Et  
ita oportet ut in te Christum & imagineris, & videoas, quomodo  
in eo tibi deus suam misericordiam proponit & offert, sine om-  
nibus tuis precedentibus meritis, ut ex eadem effigie eius gratia  
tum fidem, tum fiduciam remissionis omnium peccatorum u-  
orū haurias. Quapropter fides non ab operibus incipit, sed eā ne  
opera quidem faciunt. Nam, fidem opus est ex sanguine, vul-  
neribus, & morte Christi scaturire & profluere. In quo videns  
deum tibi ita propicium esse, ut etiam filium suum p̄ te tradat,  
necessē est tuum dulcescere & vicissim ita adfici ut deum di-  
ligas. Et ita fiduciam ex mera dei gratia & benevolentia erga te,  
& tua ueritas erga eum oriri. Si cēnū legim⁹, nunquā datum es  
te cuique spiritum sanctum operanti, sed semper Euangeliū a  
Christo & misericordiam audientibus. Ex quo verbo hodie oportet,  
neque aliunde fidem proficiere. Nam Christus est pēta,  
ex qua butyrum & mel, ut Moses dicit. Deuteronomij. 32.  
fugitur.